Fragmentarium

mina transeo. et quando eas uerbum
sequitur. aduerbia fiunt. Circum quamuis
sit ꝓpositio est tamen et nomen.
Circum et circa. prepositiones
unum significant. et casum trahunt
semper accusatiuum hoc modo. circum
uel erga ꝓpinquum uel ꝓpinquos hu
manus sum. circa. est ꝓpositio.
est et liberi spatium modi. est et aduer
bium loci. sed cum ꝓpositio est. casum
semper trahit accusatiuum. ut illud.
circa illum corona fratrum. contra
ꝓpositio semper contrarium significat.
et casum semper trahit accusatiuum
singulariter ut illud. at uos contra
me erigimini. pluraliter. multo
tempore pugnauit ihesus contra hostes
illos. Extra. ꝓpositio. accusatiuum
trahit semper casum. singulariter.
et educentes eum extra ciuitatem la
pidabant. pluraliter. extra synago
gas facient uos. Intra ꝓpo
sitio. est uerbum spatium modi.
et aduerbium loci. ut intra sedeo.
cum autem ꝓpositio est casum trahit
accusatiuum hoc modo. Intra muros
et intra menia urbis. uxor. Infra
ꝓpositio et singulariter et plura
lem trahit casum hoc modo. Infra
tectum. et infra tecta sum. Inter
pluralem tantum trahit casum. ut
illud. et inter homines conuersatus est.
nisi forte duo nomina ponas.
et dicas. inter celum et terram habito.
Iuxta est ꝓpositio. accusatiuum ca
sum trahens. hoc modo. Iuxta altare
et iuxta altaria oro. est et aduerbium

loci. ut prope positum. Ob ꝓposi
tio et singulariter et pluraliter accusa
tiuum trahit casum. hoc modo. ob defen
sionis causam. et ob defensionis
causas. ad publicum exeo. Pone.
ꝓpositio. quae intellegitur accentu mu
tato ne liberi esse spatium modi ex
istimetur. et casum trahit accusatiuum
hoc modo. pone tribunal. et pone tri
bunalia sedeo. Per ꝓpositio. semper
accusatiuum trahit casum. singulariter
ut per memet ipsum. iuraui dicit
dominus. pluraliter. et recesserunt eos per
domos et familias. Propter est aduer
bium loci. ut illud. Iuxta angulum
et propter uiam domus illius graditur.
est et ꝓpositio. accusatiuum semper
trahens casum. utriusque numeri. ut
illud. propter fratres meos et proximos
meos loquebar pacem de te. propter domum
domini dei nostri quaesiui bona tibi. Secundum
ꝓpositio semper accusatiuum trahit casum
utriusque numeri. ut illud. secundum
nomen tuum deus. ita et laus tua. et
illud. reddet deus unicuique secundum
opera sua. Post ꝓpositio. similiter
utriusque numeri trahit casus.
singulare ut illud. en iste stat
post parietem nostrum. pluraliter. post deos
alienos. non ibitis. transit uero aliquotiens
in aduerbii significationem. hoc modo.
post currit. Trans. semper accu
satiuum casum trahit utriusque nume
ri. singularis ut illud. abiit
ihesus trans mare galileae. pluraliter.
similiter dicere debes. abiit trans
maria. trans portos et similia.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.22, 2r – Smaragdus, Liber in partibus Donati; Versus de monachis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ev0h/5252/49861)